



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Diana**

**Diana, Antonino**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

Confirmationis Effectus

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40647**

*Episcopus non confirmatus peccat.*  
*Non peccat ordinando*  
*n non confirmatū, nisi ordinatus nisi venialiter.*  
*Potest confirmare alienum subdium non confirmatus*  
*confirmanda venialiter peccat.*  
*Confirmatio eius character gratia affinitas.*

pe Stola, Pluviali, Mitra, & Baculo pastorali par. 7 tract. 10. resol. 3. Et si Episcopus non sic confirmatus, peccat venialiter confirmando par. 9. tr. 6. resol. 47. p. 2. tr. 1. resol. 14.  
 Non peccat ordinando aliquem non confirmatum nec matū, nisi ordinatus nisi venialiter. Sorus, & alij venialiter, pars. 10. tractat. 11. resol. 14 & potest confirmare alienum subdium in sua Diocesi, & si Episcopus non confirmatus confirmat, peccat venialiter. *ibidem* 5. Nota tamen.

CONFIRMATIONIS Effectus.

**T**res sunt effectus huius Sacramenti. Character, quo insignitur miles Christi. Gratia fortitudinis, qua validè militat. Et affinitas inter ipsum, & patrum, de quo sub V. Patrumus.

CONIUGATIUS.

*Possunt conjugari ab incopula modo non sequatur periculum pollutionis.*  
*Non licet uxori post copulam semen emittere.*  
*Potest vxo-*

1 **P**ossunt conjugati, secluso periculo pollutionis, semel incepta copulam non consummare. Sic Martin. de S. Ioseph. p. 10. tr. 13. resolutione 42. *vers.* Nota etiam. Quia copula absque seminatione reputatur inter actus pudendum, qui liciti sunt inter coniuges, cessante dicto periculo. Sic etiam tenent Leand. p. 1. tract. 9. disputat. 25. quast. 42. citans Caiet. Palud. & Tabienam.  
 2 P. Fagund. in Decal. tract. 1. lib. 6. cap. 3. num. 10. dixit immeritò contra communem, licere vxori post copulam semen emittere iustà de causà, ne concipiat. Dixi, immeritò; quia impedire generationem de se est iniuste malum.  
 3 An verò possit conjugatus delectari v.g. in pictura, vt possit coire cum vxore, dictum est *Verb. Circumstantia.*  
 4 Adhuc cum periculo abortus dixit

Baucius tom. 2. opusc. 1. quast. 10. posse vxori non sana mentis reddi debitum à marito. & citat pro se Sanchez lib. 8. de matr. dub. 102. num. 8. afferentem posse ad inuicem reddi debitum inter conjugatos, etiam si cognoscant prolem non edi viuam. Sed contrarium ego sequor cum pluribus & communi p. 10. tr. 13. resol. 41. n. si esset vxor sterilis.

*ri non sana mentis reddi debet um à marito. Non verò si cognoscant prolem non edi viuam.*

5 Coniugatum ignorata pœna imposita in reatu, non incurere illam, & sic non ligari, vt repetat debitum, probabilius esse dicit Martin. de S. Ioseph in Monis. tom. 1. lib. 1. tr. 52. de Matr. *ibid.*

*Coniugatus ignorata pœna in reatu non incurrit cenosuram.*

6 Bimestre post expectatam à coniuge, ne reddat debitum, etsi solit religio-nem ingredi, docent plures apud Sanchez, quibus ad hæc, licet oppositum doceat Bord. in Miscell. decis. 244. Et tandem maritus debet expectare, donec vxor professionem emittat, etiam si illa rardet, scilicet, si ingressa est Religionem duodennis *part. 10. tr. 14. res. 22. vide plur. verb. matrimonium vxor.*

*Maritus debet expectare, donec vxor professionem emittat.*

7 Copula conjugalis facta ex voluntate solâ, communiter est veniale, aliquando etiam nullum omnino peccatū erit. Sicut delectatio in cibo communiter, etsi non semper, est peccatum veniale p. 11. tr. 2. res. 41.

CONSANGVINEI.

1 **C**onsanguinei vsque ad quartum gradum non tenentur denuntiare, si veritas aliunde haberi non potest, possunt tamen in casu hæresis, & in Tribunali Sancti Officij. pag. 8. tract. 7. resol. 10.

*Consanguinei tenentur in casu hæresis sancti denuntiare.*

CONSCIENTIA

Dubia.

1 **Q**uamuis ad rectè operandum requiritur iudicium pradicum moraliter certum: hoc tamen non oportet vt sit ita certum, quod omnem oppositi

*Ad rectè operandum sufficit assensus pradicus.*